5

TENTAMEN MEDICUM,

INAUGURALE,

QUÆDAM DE

PHRENITIDE VERA

COMPLECTENS.

TENTAMEN MEDICUM, INAUGURALE,

QUÆDAM DE

PHRENITIDE VERA

COMPLECTENS.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NECNON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

ANDREAS BERRY,

SCOTUS,

Societatis Phyſicae Edin. Socius.

Ad diem 13. Septembris, hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXIV.

Viro praeclaro,

ALEXANDRO WOOD,

ARMIGERO,

Collegii Regii Chirurgici Edinenſis Socio,

Societatis Regiae Medicae Edinenſis Socio honorario, &c.

Chirurgo peritiſſimo,

Et animo verae humanitatis pleno ornato,

Ob puram, intemeratam, et ſponte oblatam, amicitiam,

Qua ſe dignatus eſt,

In perpetuae obſervantiae, et memoris animi,

Teſſeram.

Nec

Nec non

Avunculo ſuo cariſſimo,

JACOBO ANDERSON, M. D.

Societati Mercatorum,

Quae commercium apud Indos Orientales exercet,

Ad Praeſidium Sancti Georgii,

Chirurgo Principi,

Viro ob hoſpitium omnibus noto,

Ob morum comitatem omnibus familiaribus ſuis dilecto,

Ut parvulum aeſtimationis,

Et beneficii accepti, non immemoris animi,

Monumentum,

Haſce ſtudiorum primitias

Sacras eſſe voluit

A U C T O R.

TENTAMEN MEDICUM,

INAUGURALE,

QUÆDAM DE

PHRENITIDE VERA

COMPLECTENS.

PHRENITIS, prae caeteris morbis, quibus patent caduci mortales, ſolertis medici conſilia atque ſolicitam curam ſibi vindicat; tanta eſt concitata vis morbi, tantum, tamque lethale furit. Morbus, locis ſolis ardoribus exuſtis fere proprius, aliaque loca raro inviſens, nunquam mihi

ob oculos venit. Ergo, ſi juvenis imperitior, legibus Almae hujus Academiae, quibus omnino obtemperare fas eſt, morem gerens, talique de morbo raptim ſcribens, in errores incidat, facile veniam impetrabit.

Morbi triſtia fata, cauſam, hiſtoriam, conſiliumque medendi, ſolicite indagari expoſcunt. In quibus depingendis, quantum curae per tempus liceret impendendum curavi.

Phrenitidem veram, ſive idiopathicam, ſolam exequi in animo eſt. Si enim, quot ex alio morbo originem trahunt, tot ſymptomatica deliria exequens pergam, fines tentaminibus hujuſmodi dictos longe tranſirem.

DEFINITIO.

Definitio illuſtris Culleni tantum aliis antecellit, quantum omnibus anteferendam duco.

'Pyrexia

'Pyrexia vehemens, dolor capitis, rubor 'faciei et oculorum, lucis et ſoni intole- 'rantia, pervigilium, delirium ferox.'

Typhomaniam eadem de cauſa, quam tradit egregius vir, omittendam putavi *.

HISTORIA MORBI.

Inter ipſa morbi initia, capitis dolor conſtans et vehementiſſimus, ſaepius ſincipitis, interdum vero occipitis, vel cervicis, aegrum plerumque invadit. Cutis praeter modum caleſcit, tinnitus aurium, temporumque pulſatio, adſunt; micant, et igni rubent oculi, quos aſſidue defricat aeger, (non tamen calor et dolor, quales in ophthalmia urgent) nunc ſicci, nunc lachrymis madent. Vultus rubore ſuffunditur; gravior evadit et tardior quam ſana reſpiratio,

* Prim. lin. par. ccxciii.

reſpiratio, comitante ſuſpirio ; dormiturus ſomno frequenter exilit, longa vigilia, diraque ſomnia miſerum torquent.

Auditus et viſus mirum in modum exacuuntur, vel imum ſonum audit aegrotans, vel obſcuram lucem ferre nequit : Inſanit nunc, et pauculae ſanguinis guttae plerumque naribus ſtillant.

Ubi juſti formam morbus attigit, ſymptomata jam memorata omnia ingraveſcunt ; delirium conſtans, et multo ferocius fit ; magna et praeter fidem vi clauſtra refringere, et cuſtodibus elabi conatur inſaniens : Nec ſemper, ſed ſubinde, conamina hujuſmodi molitur.

Nunc fremit vociferans, nunc canit, nunc lachrymas effundit, et interroganti longe ab re reſpondet. Ignis et furor micantes accendunt oculos, ferox et horrendus vultus ; ſaepiſſime quoque floccos legit, vel paleas quaſi, et villos, ex ſtragulis carpit. Scabra et nigra lingua, areſcit os, quod tamen magna ſiti non adfectum videtur ; et quicquid ingeritur, deliranti amare ſapit.

Saepe

Saepe dentibus frendet; ſomnus incertus, inſincerus eſt; vel miſer aſſidua vigilia laborat. Deficit ex toto memoria; nam percontatus de re aliqua, puncto temporis, illius rei obliviſcitur. Urina ſaepe diutius retenta, et colorata; alias limpidiſſima eſt. Alvus vulgo adſtricta, faeces interdum ſubalbidae; et bilem quaſi frequens evomit. Sibi oblatum aliquid avide rapit, nec manſum vorat, vel manducatum rurſus, et haud raro in circumſtantes expuit.

Creſcenti etiamnum morbo, tunc demum proſtratae vires deficiunt; ſingultus invadit, loquela perit, ſupervenit ſyncope, extremae corporis partes inalgeſcunt; circa caput frigidus erumpit ſudor, dirae malorum cohorti addit ſe ſocium ſubſultus tendinum, explent numerum ſpaſmi, et miſerae vitae miſerandum finem imponunt.

Symptomatis uſque acerrimis, morbus nec longus eſt, nec eſſe poteſt. In vel ante diem ſeptimum ab inchoato morbo, furere omnino deſinit; in alium morbum

tranſit; vel mortem finem malorum arceſſit.

MORBIDA PHÆNOMENA.

Inſpicientibus, poſt mortem, inciſum cerebrum, plerumque vaſa ſanguifera magis turgida, magiſque ſolito numeroſa, et in cerebri medulla, plexu choroidaeo, et in membranis, videntur.

Aliquando cerebri baſi, convolutionibuſque, ſerum ſanguineum effunditur.

Cerebrum ipſum durius, et ſolito exſuccum magis, praeque ſe, inflammationis, ſuppurationis, vel etiam gangraenae ſpeciem ferens, repertum fuit.

Tumores durae matris aliquando extant, quae quoque oſſeam duritiem referens invenitur.

Membrana quoque eo uſque adfecta inventa, ut cerebro pia mater facile ſejungi poſſet.

poſſet. Aqua ſubviridi colore ventriculos repleviſſe comperta fuit.

Partibus adeo variis, modo cerebro ipſo, modo membranis, modo utriſque adfectis, cerebrum an membrana laborent dignoſcere, vel ſymptomata alterutri propria et explorata indicare, nobis in manu non eſſe, facile conſtat. Quinetiam aliquando, poſt inciſa cadavera, phaenomena morbida nulla oculis ſui copiam fecere, quamvis ſymptomata recenſita omnia non defuiſſent.

DIAGNOSIS.

Hunc morbum, ab ſympathica phrenitide, ex alia cauſa pendente, diſcriminare, licet aliquando difficile ſit, plerumque tamen nobis poſſe videtur: Praeſertim ſi ſpectes ſubitaneum incurſum morbi, et delirium, inter prima ſymptomata ingruens. Et, ſi maniam excipias, vix alius morbus

extat,

extat, cujus faciem induat. Phrenitidem vero ab mania clare diſcriminat pyrexia acerrime acuta, quum maniae, contra, pyrexia nulla, ſaltem non acuta ſubſit. Praeterea, rerum omnium (ut aiunt) quae lucido intervallo contigerint, ſaniori tunc temporis mente, reminiſcitur maniacus; qui vero phrenitide laborat, is nihil ejuſmodi reminiſcitur; nam in hoc morbo, ut ſupra poſuimus, memoria ex toto deficit.

CAUSA CONTINENS.

Delirium, et capitis dolor, quae ipſis morbi initiis adſunt, caput imprimis adfectum oſtendunt; atque ex vi pyrexiae, exque phaenomenis inter cadavera inciſa oculis obviam datis (quoniam inflammationem plerumque, vel qui fines inflammationem excipiunt, copia eſt videndi) colligere liceat, cauſam morbum continentem eſſe cerebrum ipſum, vel meningas ipſius, vel utraque inflammata. Quomodo vero inflammatio

flammatio haecce nata ſit, tunc aptior locus erit dicendi, ubi ad noxas excitantes ventum fuerit, quaſque illico indagandas curabimus.

NOXÆ EXCITANTES.

Noxae excitantes ordine hujuſmodi enumerari poſſunt.

Calor externus. Calorem externum, qualis cum caput Solis calenti radio diu objectum ſit, ad hunc morbum movendum ſufficere, haud omnino dubium eſt. Haec quoque noxa excitans maxime vulgaris eſt; hinc qui aperienti Soli ſeſe incaute committunt, qui per aeſtuoſas arentes terras iter faciunt *, quique ſub curru nimium propinqui Solis aequora navigant, hoc morbo potiſſimum, et prae caeteris, laborant.

* Tiſſot avis au peuple, chap. x.

Frigus externum caput prius calidum excipiens; modo calore, modo frigore, moventibus, quae quidem res maxime concitat.

Injuriae capiti extrinſecus illatae; quales ſunt ictus, cranium fractum, vel de coelo tactum.

Incitantes et improviſi motus animi; tales ſunt ira, metus, moeror, et triſtitia.

Longa vigilia, praeſertim nocturna.

Aſſidua, nec intermiſſa ſtudii contentio, inquietaque cogitatio.

Lux fulgens, ſol rutilus diu et intentis oculis aſpectus.

Cibi abundantia.

Ebrietas.

Frequens et immodica venus.

Exinanitiones ſolitae ſuppreſſae.

Medicamenta narcotica, et venenata quaedam effluvia.

Exercitationes corporis athleticae.

Vociferatio vehemens.

Haec omnia ſeorſim, vel conjuncta, morbum

bum movere valent, et frequentiſſime quidem moverunt.

SEMINIUM FACIENTES NOXÆ.

Hae ſunt corpus nimis repletum, vel nimis mobile redditum; ideoque juvenes florenti aetate maxime periclitantur, et habitus, quem prae caeteris adfectat, genus phlogiſticum agnoſcitur. Quibus ſeminium ineſt, et ſub ſole calenti verſantur, noxis excitantibus ſimul et ſeminiis conjunctis, ii imprimis huic morbo patent: Cujus rei ratio facile intelligi poteſt ex ſententia celeberrimi Lind *.

'In an impure air, i. e. in the rainy ſea-'ſons and in damp places, the parts chief-'ly affected in a hot climate are the brain 'and ſtomach; or, in other words, the 'nervous ſyſtem, and organs of alimentary

'digeſtion.

* Lind on hot climates, p. 185.

'digeſtion. Strangers, unaccuſtomed to 'ſuch an air, though ſeemingly in health, 'feel an oppreſſion and lowneſs of ſpirits; 'they become inactive, have a great incli- 'nation to reſt or ſleep, and often complain 'of a headach; their reaſoning faculties 'are ſenſibly impaired, particularly the me- 'mory.

'Every kind of ſtudy, or attention of 'the mind to any ſubject, as likewiſe vene- 'ry, are hurtful, and frequently attended 'with fatal conſequences. Young people, 'in particular, are apt to have their head 'much diſordered, to be ſtupid, or ſlightly 'delirious at times.

'The paſſions of the mind have, in this 'ſituation, a much more quick and violent 'effect on the body, than in a purer and 'cooler air. An exceſs of paſſion often 'brings on an inſtantaneous attack of a fe- 'ver; the ſight of a corpſe, and even a 'ſhocking ſtory told to a perſon, through 'an impreſſion of fear on the mind, have 'been known to bring on a delirium,

'ſometimes

'ſometimes a violent vomiting and purging, 'which have carried off the patient in 24 'hours.

'A phrenzy or delirium is often the firſt 'and immediate effect of bad air.'

Omnes jam prolatae cauſae ſyſtemati nervoſo, vel ſanguifero, vim inferre videntur.

Quarum aliae vaſa cerebri recta ſtimulant, aliae caput verſus ſanguinis impetum adaugent; unde ſanguinis magna, et major ſolito, copia vaſis quibuſdam injicietur; quibus vaſis rurſus, urgente ſtimulo, ad actionem citis, circuitus accelerabitur, et ea de cauſa, ſanguinis impetus, illam partem verſus, auctior multo evadet. Et, quoniam nervorum vis ab arteriarum tono et tenſione magnopere pendet, et vice verſa, inde fit, ut, incitata actione alterius alteram adauctam ſuſtinenti, ſanguinis circuitus velociter acceleratus morbum moveat.

Ex iis quae in ſyſtema nervoſum agunt, quaedam noxae eodem modo vires ſuas e-

dere

dere videntur, nempe vaſa ſanguifera ad inſolitam actionem cient.

Aliae, e. g. cogitandi contentio, vigilia, &c. nervorum vires fortaſſis exhauriunt * : Quod ad narcotica et venenata pertinet, quoniam ab experimentis clariſſimi profeſſoris noſtri Doctoris Monro manifeſtum eſt, venenata et narcotica vires nervorum imminuere ; et quoniam ſanguinis circuitus a cerebri nervorumque vi magnopere pendet, nonne exinde colligere liceat, motum ſanguinis in capite talibus noxis tardiorem reddi, et inde congeſtiones quibuſdam in partibus fieri, quibus ſtimuli vice fungentibus, hoc modo ſanguinis circuitum multo velociorem evadere poſſe ?

RATIO SYMPTOMATUM.

Hanc partem tentaminis plenius exequi, plurium rerum, quas ſubire maximi medici noluerint,

* Celeb. Cullen prim. lin. par. 1108.

noluerint, conſideratione nos implicitos habiturum neceſſe eſt. Quemadmodum vero oneri impares noſmet duximus, pauca tantum ſymptomata, quorumque alia huic morbo cum omnibus pyrexiis communia ſunt, obiter notanda curabimus.

Delirium ferox.—A conditione cerebri, ſanae multum diſtanti, quaeque ab aucto ſanguine per cerebrum tranſmiſſo fortaſſis pendeat, hoc phaenomenon originem traxiſſe videtur; cui quoque conditioni, falſae perceptiones, judiciaque falſa, quibus delirio adfecti laborant, referenda ſunt. Eandem in ſententiam iviſſe videtur Hippocrates, uti ex verbis ſequentibus colligere eſt *: 'Prudentiam et rationem hominis in conſtanti ſanguinis habitu in cerebro, ſive rectius ejuſdem aequabili motu conſiſtere, adeo ut, hoc interturbato, concidat ſimul et prudentia et ratio.'

Dolor capitis.—Nervorum vires et mobilitas, vaſis ſanguiferis plenis et tenſis, arcto nexu conjuncta videntur: Concitatus ergo

motus

* Hoffman. tom. ii. p. 131.

motus poſterioris priora adficiat oportet, praeſertim motus inflammationem ciens; excita enim inflammatione, non ſolum partes antea ſentientes acuuntur, ſed quae ſanae vix vel nihil ſentiebant, acute ſenſum percipiunt; hocque in phrenitide conſpectius eveniat, neceſſe eſt. Minime ergo mirum, ſi hoc morbo caput vehementer doleat. Atque hoc modo, ponimus, quamcunque partem, ſibi ſedem, morbus occupet, dolorem nihil aliud, niſi ſentiendi vis mirum in modum viva; hinc quoque cur urgeat dolor rationem colligere eſt.

Lucis et ſoni intolerantia.—Hoc phaenomenon iiſdem, quibus ſuperiora, principiis nititur, nempe auditoriis, nerviſque opticis, nimis acute ſentientibus.

Pervigilium.—Capitis dolor, aliaque moleſtiam facientia ſymptomata, pervigilium ciere facile valent; pervigilium quoque facile nimia corporis totius mobilitate ſola, multo vero facilius, urgentibus uno eòdemque tempore dolore et mobilitate, excitari poteſt:

'Quicquid corpus ſolvit, ſomno favet *.'

Rubor

* Gregorii conſpect. par. 393.

Rubor faciei et oculorum, nec non tinnitus aurium.—Haec omnia, adauctum impetum cordis, originem manifeſte agnoſcunt.

Pyrexia acuta.—Pyrexiam acutam indicant calor cutis, os arens, urina perliquida, &c. Quemadmodum in omni juſta phlegmaſia, praeſertim phrenitide, magna febris urget; quemadmodum etiam diatheſis phlogiſtica ſemper adeſt, nonne exinde conjicere aequum eſt, retentis in corpore acribus, partes humorum aquoſas ſolas elabi, atque hoc modo urinam perliquidam reddi; bile, vero, vel non omnino, vel non juſta copia ſecreta, faeces ſubalbidas fieri?

Carphologia.—Retinam compreſſam, vel partem retinae vi circuitus ſanguinis non ſentientem redditam, hoc vitium, fortaſſis, originem agnoſcit. Si quando malum hoc acciderit, nigrae maculae in rebus quas ſpectamus, et inſtar muſcarum ante oculos volitantium, conſpiciuntur.

PROGNOSIS.

Adeo periclitantur laborantes hoc praecipiti malo, adeo ſubito interdum e vivis rapiuntur, ut eventus judicium difficilius et incertum nequit non eſſe.

Van Swieten memoriae prodidit, duos meſſores, ſanos, et robuſtos, poſt ſomnum ſuper gramine, nudis capitibus, atque Soli fervido objectis, intra duas horas phrenitide eſſe correptos. Somno enim a ſociis exciti, titubanter incondita verba proferebant, et brevi poſt, diem ſupremum obierunt.

Sin vero praeſagiendum eſt, vel

1*mo*, A ſtatu ſymptomatum; vel; 2*do*, a duratione morbi, praeſagire oportet.

1*mo*, Ergo a ſtatu ſymptomatum praeſagire oportet.

Si totum corpus profuſe inſudat, unde calor cutis multum imminuatur, ſi in urina eodem tempore ſedimentum large ſubſidet, ſimulque

ſimulque delirium remittit, et facilius ſpirat aeger, ſperandum corpus ad ſanitatem venturum.

Si diarrhoea, vel haemorrhagia profuſa, inter morbi initia accedunt, haud malum ſignum eſt.

Bonum quoque ponitur ſignum, ſi relicto capite, aliam corporis partem occupat morbus: Sic corporis vel membrorum dolores, pone aurem tumores, et parotides, pro bonis ſignis habentur.

Sin vero cutis arida et calida perſtat, ſi dolent oculi, ſi urina ſuppreſſa vel diluta et alba eſt, ſi reſpiratio gravis, ſi conſtans delirium, ſi, quamvis areſcit os, nulla tamen ſitis accenditur, jam ad ultima ventum eſt.

Obſervandum quoque eſt, alia aliis deliria pejora eſſe.

Nam in hoc etiam morbo, inſaniens aliquando, ſine ullis vel animi vel corporis concitatis motibus, delirio agitur; non tamen eo morbus minus periculoſus eſt; nam delirium hoc genus ſaepe peſſimum.

Si phrenitici vox bona eſt, ſi dum deliret ſilet, vel ſtupet quaſi, mali ominis ſignum eſt.

Tutius delirium riſui junctum, quam cum aegrotans, alios ſibi inſidiari metuens, cibum vel potum oblatum reſpuat, vel, timens ne quid mali ſibi accidat, ſomnum inire nolit.

Cum ſubito delirium remiſerit, acceſſeritque coma, aeger brevi apoplecticus emoritur.

Si vires proſtratae deficiunt, ſi haeret titubans lingua, ſi tremit manus, peſſimum omnino ſignum eſt.

Si vero tumores, vel ulcera, ſummo corpore extantia e conſpectu abeunt, vel exſiccentur, mortem jam in propinquo eſſe, non fallax eſt index.

2*do*, Praeſagire oportet a duratione morbi.

Si morbus acutior eſt, tunc aliquando brevi funeſtus fit, ſaepe die tertio, vix non ante diem octavum, aegrum rapit.

Si

Si ultra hoc tempus morbus perſtiterit acutus, vita vulgo redditur; plerumque tamen non valetudine integra gaudet. Fere ſemper reſtat vertigo, et frequenter homo nunquam poſtea ambulare poteſt.

Auditus interdum laeditur, qui quoque laeſus manet, dum ſuperſtes ſit.

Reſtant quoque plerumque graviſſimi dolores capitis, quique ſaepius et vehementius accedunt.

Perſtans delirium mania excipit, interdum etiam fatuitas in locum ſubit; quae quidem mala aliquando, dum vivitur, perpetua ſunt.

CONSILIA MEDENDI.

Cerebrum, quum adeo molle, adeoque vitae neceſſarium ſit, quemlibet praecipitem morbum illi incumbentem, ni ars, vel natura, brevi tollat, cito lethiferum fore ma-

nifeſtum

nifeſtum eſt; quocirca praeſenti et efficaciſſimo remedio quamprimum opus eſſe conſtat.

Conſilia medendi tria praecipua ſunt.

1. Quas noxas excitantes adhuc incumbunt, tollere.

2. Sanguinis impetum minuere.

3. Ab omnibus, quibus vis circuitus acceleretur, cavere.

1. Noxas excitantes tollere quam utile ſit, neminem latere poteſt. Super hac re differens celeberrimus Lind *, docet, aliquibus in locis ſylvas caedentes, febrem et delirium raptim occupare; quos tamen loco noxio amotos, et (e. g.) in navem impoſitos, monet, cito ad ſanitatem revocari; eos vero, qui in terris manebant, ſaepe mortem appetere, vel difficilius ſanari. Quamobrem ſuadet, aegros deferendos eſſe ad locum frigidiorem, et, quantum fieri poteſt, ſaluberrimum.

2. Sanguinis impetum minuere. Hoc quidem auxilium princeps eſt, et magna et crebra

* Lind on hot climates, p. 228.

crebra *ſanguinis detractione* maxime efficitur. Sanguis amplo vulnere, unde magna copia brevi effluat, mitti debet. Modica enim, ſed ſubita detractio, quam magna et lente profluens, multo praeſentius remedium. Copia detrahenda a pulſu pendet. Principio quidem, erecto modo corpore dum effluat, ſyncopen uſque ſanguis mitti poteſt; nam multo periculoſior morbus eſt, quam imbecillitas ſanguinis jacturae comes. Quo vero propius capiti ſanguis mittatur, eo melius; ergo et ab venis jugularibus mitti oportet. Eandem quoque in ſententiam iviſſe videtur clarus Hoffmannus, quam ipſius ſententiam hoc in loco expreſſi *.

'Nam per experientiam in comperto eſt, 'hanc in omnibus capitis a ſanguine con- 'geſto et ſtagnante oriundis paſſionibus, a- 'liarum venarum inciſioni longe multum- 'que eſſe anteferendam; eo quod haec ve- 'na jugularis externa, cum interna, ex ar- 'teriis

* Hoffm. tom. ii. p. 132.

'teriis carotidibus et vertebralibus cerebri
'proxime ſanguinem derivat atque deducit.'

Caeſis quoque temporibus et prius ſcarificatis, cucurbitulae imponendae ſunt; vel potius incidenda eſt arteria temporalis; praeterea enim quod incifa arteria non tantum moleſtiae aegro faceſſit, quantum cucurbitulae, ſanguinis major copia inde exhauriri poteſt, nihilque autem periculi ſubeſt, ne haemorrhagia laboretur. Sunt qui ſuadent venas frontales, vel ranulares, incidendas; quicquid autem auxilii ex hoc fonte, ab inciſis jugularibus quoque derivetur; praeterea ſectis venis ranularibus aliquod periculi imminet, quaſque incidere difficillimum eſt.

Naribus ſanguinis profluvia morbum aliquando tollere, noteſcit. Quoniam igitur, ob non tractabilem inſanientis furorem, ſanguinem mittere interdum difficillimum ſit, ſtipula, vel acie quavis immiſſa, nares caedere utile eſſe poteſt. Vulnere autem hoc genus incerto, donec alia omnia defecerint,

cerint, ad tale conamen non confugiendum eſt.

Quantum fieri poteſt, *aeger erectus* ſuſtinendus eſt; quia, erecto corpore, caput verſus ſanguinis vis multum tardatur; quod ope arcti veſtimenti (Anglice *ſtrait-waiſtcoat*) facile perficitur: Saltem, ſtrato ſuper lecto aegro, caput ſublatum eſſe debet.

Cathartica, quoque ad impetum ſanguinis minuendum conferunt; diarrhoea enim ſponte veniens morbum aliquando ſuſtulit: Cathartica ergo idonea, et utilia. Magnam exinanitionem, vaſis excernentibus, plurimis in canalem alimentarium patulis, alvi purgatione fieri liquet: Quae quidem non omnis ab arteriis, ſed partim a folliculis mucoſis, derivatur. Quoniam vero, quae recta ab arteriis, adeo lente exprimitur, non pro copia vaſa tantum, quantum miſſus ſanguis, deplebit. Quocirca acria cathartica, quibuſdam jactata, quod ad copiam exinanitionis, non pro rata parte, proſunt; contra, talia ſtimulando officere, haud

abſimile videtur. Quia tamen laborantibus hoc morbo alvus plerumque adſtricta eſt, et faeces ſtagnando acres, ſtimuli vice funguntur, lenia cathartica, qualia ſal. Glaub. cremor tartari, tamarindi, alkali fixum vegetabile tartariſatum, electuarium lenitivum, utilia ſint oportet.

Sudor, nunquam arte movendus, ne, ſi non eliciatur, febris multo gravius increſcat. Sponte venienti, omnino favendum, aqua tepida large epota; quia, cum inſudat totum corpus, fauſtum ſignum.

Epiſpaſtica, phreniticis ſtimulando multum obeſſe creduntur, Baglivi ait *:

'Delirantibus cum febre acuta, lingua 'arida, indiciis magnae viſcerum inflam-'mationis, ſi applicentur veſicantia, omnes 'fere in pejus ruunt, et ex magna parte 'moriuntur convulſivi.'

Inter morbi initia quidem, vi ſtimulatrice qua gaudent, nocere veſicantia non abſimile; ſed, poſt ſanguinem miſſum, et alvi purgationes

* Baglivi lib. 1. prax. pag. 102.

purgationes praetergreſſas, non modo tuto, ſed etiam magno cum fructu, ſolo tamen capiti, adhiberi poſſunt.

Refrigerantia. In phrenitide, frigus, et ſales neutri, ſub hoc nomine potiſſimum exhibentur.

Frigus efficaciſſimum quidem auxilium eſt; obque eam cauſam, invadente morbo, tonſo capiti quamprimum frigida admoveri debent. Caput et tempora (e. g.) aceto frigido, lavari oportet. Glacies quoque et nives, vel ex humido luto confectus pileus, (Anglice *clay-cap*) ad ſedandum delirium, vel quando caput magna vi ſanguis petit, capiti proſpere admoventur.

'Delirium a balneo frigido ſaepius fu-
'gari, imo et morbum ſolvi, quam a ſan-
'guine miſſo *.'

Sales neutri, ad calorem reſtinguendum, vimque ſanguinis, fortaſſis humores corporis ſuperficiem verſus expellendo, minuendam, ſaepius et proſpere dantur. Sales

neutros,

* Lieutaud. ſynop. tom. 1. p. 151.

neutros, vires ſuas, generando frigus, edere creditum fuit : Quum autem, niſi dum ſolvantur, frigus non generant, modum operandi diverſum eſſe oportet. Ex his nitrum uſitatiſſimum, et maxime efficax remedium.

Pediluvia. Quum pedes phreniticis vulgo inalgeſcant, fortaſſe quia ſanguis, pedibus derivatus, inſolita copia caput petit, nonne conjicere aequum eſt, pediluvia, ſanguinem ad extremas partes eliciendo, profutura ? Super hac re differens Lieutaud ſcribit, ‘ Pediluvium poſtremo tepidum ‘ multis optime ceſſit.’

Negat tamen utilia eſſe pediluvia Dr Stevenſon ; aſſeverat enim, calidis pediluviis ſanguinem in pedibus rarefactum vaſa diſtendere, qui accelerato curſu cum tota maſſa calorem ſuum communicat, unde totus ſanguis rarefactus invicem fit, ſpatium amplius occupat, ergo et majori vi circumvehitur.. Ad fidem huic ſententiae comparandam, duo experimenta auctoris verbis proferenda curabo *.

‘ To

* Edinb. Med. Eſſ. vol. vi. p. 381.

'To bring the matter to a ſort of de-
'monſtration, in a cool evening, before
'ſupper, I cauſed two youths, the one the
'age of 14, the other of 13 years, both ig-
'norant of the purpoſe of the experiment,
'to put their legs in warm water. After
'examining the colour of their ſkins, and
'the ſize of the veins in their hands and
'faces, and while they were in the pedilu-
'vium, I counted their pulſes exactly, and
'obſerved that, at eight o'clock, immedi-
'ately after the immerſion to the gartering
'below the knee, in milk-warm water;
'their pulſes beat in a minute, the firſt 66,
'the other 84, as before immerſion. At
'fifteen minutes after eight, the water a ſmall
'time before being increaſed in heat, tho'
'not to the degree of the warmth of the
'blood, the ſecond yawned, and began to
'breathe quicker: Their pulſes then beat,
'the firſt 69, and the ſecond 88. About
'twenty-five minutes after eight, the wa-
'ter being made full blood warm, the veins
'of their hands were greatly ſwelled, the
'ſecond

'ſecond had his face fluſhed; their pulſes 'beat, the firſt 75, and the ſecond 94. At 'thirty-five minutes after eight, both of 'them had the veins of their faces and 'hands very much diſtended. The firſt 'ſaid he was greatly diſpoſed to muſing; 'the ſecond was ſleepy, with his face ſo 'red, that I was afraid of hurting him, by 'purſuing the experiment any farther. 'Both their pulſes, which, in the begin-'ning, were ſoft and ſmall, became very 'full and hard, and beat, the firſt 80, and 'the ſecond 98 in a minute. Then I made 'them ſet their feet on a ſpread carpet, ſit-'ting ſtill without any motion as they had 'done before, and their pulſes, a little af-'ter nine, were come down to their for-'mer ſtandard.'

Ex rite inſtitutis duobus hiſce experimentis, et fideliter factis, pediluvium anceps remedium eſſe, et in adhibendo magnam prudentiam, magnam circumſpectionem requirere, conſtat: Praecipue quoque ad relaxandum,

andum, ergo et diu et modico calore, adhibendum eſt.

Sin autem a pediluvio, multo magis a ſinapiſmis, eodem derivationis conſilio, pedibus impoſitis, praecavendum eſt; quoſque nunquam admovendos oportet.

3. Proviſis quae ad duo priora medendi conſilia pertinent, jam ad tertium ventum eſt; nempe, ab omnibus quibus vis circuitus acceleretur cavere.

Sub hoc titulo, *regimine* omnibus partibus *antiphlogiſtico* aegrum curari, et, quantum fieri poteſt, quietum haberi, oportet. Vox, ſonus, populus, et quicquid animum perturbat, quicquid vim imaginandi ciet, morbum graviorem reddit. Nequaquam tamen ſocius gratus, vel acceptus amicus arcendus; nihil enim blandius mollit animum, nihil certius temperat iras. Voluntati quoque inſanientis omnino obſequendum eſt, quippe inhibitus ferocius furit; et, caligantibus locis, propter acute ſentientem retinam habendus eſt; non tamen te-

nebroſis

nebroſis nimis, ne triſtis melancholia miſerum occupet.

Calor externus, omnibus modis utique vitandus; inſanum ergo paucis, iiſque levibus veſtibus indutum, purus et frigidus aër perflare debet.

Alvus aſtricta ne noceat, imprimis cavendum eſt; et ergo enemata mitia ſaepius injicienda ſunt.

Siti, obviam eundum eſt liquoribus dilutis large epotis, quales ptiſanarium, aut decoctum avenaceum acido vitriolico, ſuccis baccarum ribis gelatis, tamarindis, vel nitri ſpiritu dulci, acidulatum.

Cibus tenuis eſſe debet, qualis juſculum ex aqua et pane confectum, (Anglice *panado*,) decoctum avenaceum ſucco limonum acidulatum, poma matura, elixa vel non elixa.

Aegro hoc modo curato, ſi febris remiſerit, pervigilium autem et delirium perſtiterint, tunc ad remedia anodyna confugiendum eſt.

Hoc

Hoc conſilio, propter vim ſedativam, et antiſpaſmodicam, camphora, ad delirium compeſcendum, et ſomnum conciliandum, magno cum fructu, adhiberi poſſit.

Tentanda quoque caſtorea et valeriana, quorum utrumque, ut videtur, vi narcotica gaudet. Aliquando enim, victo opio, puerperis caſtorea profuere, teſte Doctore Alexandro Hamilton, in alma hac academia, artis obſtetriciae ingenioſo profeſſore.

Valerianam quoque, a ſemidrachma ad ſcrupulos duos, plurimis in noſocomio regio noſtro aegris, medicum ſagaciſſimum, non ſecus ac proſpere medicinam facientem, Doctorem Joannem Hope, maximo cum fructu, dare vidi. Atque hoc modo ſolers medicus, aegris laudano, a guttis triginta ad quadraginta uſque, fruſtra curatis, ſomnum conciliavit. Si haec omnia parum proficiunt, tunc demum ad opium, largis doſibus, prae aliis narcoticis omnibus longe efficaciſſimum remedium, confugiendum eſt. Talibus in rebus, opium quam utile ſit mania clarius exhibet: Nuper ipſe vidi in

noſocomio foeminam, quae mania per triduum aſſidue laborarat, ſolidi opii granis quatuor morbo liberatam. Somnus diu oculis ignotus ſupervenit, et nunquam poſtea morbus acceſſit.

Hoc modo tentamen qualecunque ad finem perduxi; antea vero quam ſummam manum impoſuerim, liceat mihi, ut par eſt, florentis almae hujus academiae Profeſſoribus ornatiſſimis, ob multa beneficia accepta, quanto maximas poſſim agere et habere gratias: Praeſertim autem Noſocomii noſtri Curatoribus, de me optime meritis, et quibus me multis beneficiis obſtrictum, ſincero et memori animo, lubenter agnoſco: Inſtituti illius felicis et ſalutiferi, Medicis quoque et Chirurgicis, quod me tot tantiſque beneficiis cumulaverint, maximas gratias referre juvat; ab illis enim egregiis viris,

viris, multum practicae et verae ſcientiae, multa amica conſilia, quorum nulla aetas delebit memoriam, per triennium hauſi: Mihi in voto ſemper erit (nam ita vovere fas eſt) ut hactenus, ſic et olim ars ſalutifera, ducibus illis, in generis humani commodum, magis ac magis promoveatur, et ſeri nepotes, ſanitatem hoc fonte derivatam, acceptam illis referant.

F I N I S.